

Miscellen.

Varia.

A solito dicendi genere non recte recedi existumo Diodori XVII 11, 5: δοῦ οὐδὲ ἦν — μυγμὸς καὶ βοὴ καὶ παρακέλευσις, παρὰ μὲν τοῖς Μακεδόσι μὴ καταισχῦναι τὰς προγεγενημένας ἀνδραγαθίας, παρὰ δὲ τοῖς Θηβαίοις μὴ περιιδεῖν τέκνα καὶ γονεῖς ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύοντας, quod videtur corrigendum esse μὴ περιιδεῖν τέκνα ⟨καὶ γυναῖκας⟩ καὶ γονεῖς κτλ. Scilicet historicis Graecis nec solum iis usitatissima dictio est παῖδες sive τέκνα καὶ γυναῖκες quo nomine multitudo imbellis legitime comprehenditur, ut in ipso illo Diodori capite § 3: οἱ δὲ Θηβαῖοι — συνάπτειν μάχην πρὸ τῆς πόλεως ἡτοιμάζοντο, τέκνα δὲ καὶ γυναῖκες συνέτρεχον εἰς τὰ Ἱερά. Sic Thucydides, sic qui postea fuere atque ipse Diodorus locis permultis quos enumerare neque utile neque necessarium. Rarum est inverso ordine γυναῖκες καὶ παῖδες, veluti Iosephum in archaeologia scribere memini, conf. Thuc. III 104, 3 V 3, 4 Dion. Chrys. VII 10 μετὰ γυναικὸς αὐτοῦ καὶ παίδων Luciani Alex. 261 γυναικα καὶ τέκνα ἔχων. Interdum autem fit ut tertium adieciatur: τέκνα καὶ γυναῖκες καὶ γονεῖς Diod. XVII 15, τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς τεγηραցότας Diod. XVII 28¹ seu mutatis vicibus ξυνδεδραμήκει γάρ σχεδὸν ἄπασα ἡ πόλις ἄμα γυναιξὶ καὶ γέρουσι καὶ παιδίοις Luciani Alex. 221. Quin etiam quartum additur: Isoer. Archid. 71 τοὺς μὲν γονέας τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν καὶ τοὺς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὸν ὅχλον τὸν ἄλλον, quod dictionis tumidae atque elatae Isocrateae egregium exemplum non solum articulis additis convincitur, Herodis Attic. p. 176, 12 παῖδες καὶ γυναῖκες καὶ πατέρες γέροντες καὶ μητέρες, sed vides genus hoc rhetoribus esse accommodatius.

Iam vero in illa formula neque liberorum neque matrum familias mentionem facile desideres neque hoc pertinet quod Aristides rhetor dicit II 421 Iebb: ἐμοὶ δὲ λόγοι πάσας προσηγορίας καὶ πάσας δυνάμεις ἔχουσι. καὶ γάρ παῖδας καὶ γονέας καὶ πράξεις τε καὶ ἀναπάσεις καὶ πάντα ἔθέμην τούτους, quae est gloriatio rhetorica, narratio historica non est. Adde quod si καὶ γυναικα singularem adieciisset, aequabilitatem verborum turbasset², si καὶ γυναῖκας, praeter hoc ne decenter quidem loqui esset visus.

¹ Exempla quaedam congesimus mus. rhen. 48 p. 626. Hic propter similitudinem addo Philostr. v. Apoll. p. 15, 29 K³: καὶ γάρ παιδία ξυνερρυήκει καὶ γύναια καὶ ἀλοφύροντο οἱ τεγηρακότες.

² neque aptum est λόγους γυναικα τίθεσθαι. Ceterum adeas

Denique quaeri potest num copulam omittere liceat, quemadmodum factum est Dionis Chrys. XI p. 151, 8 de Arn.: μετὰ παιδῶν γυναικῶν καὶ τονέων καὶ χρημάτων, quod minus aegre tolerarem si καὶ insuper ante τονέων deesset; nunc video, quod Thucydides III 36, 2 dixerat: παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσαι, id Dionys. Hal. de Thueyd. 845, 14 sic tradi: παῖδας δὲ γυναῖκας ἡνδραπόδισαν peccantibus utique librariis.

In volgus notum est quod Graeci dixerunt ἐν τῷ παρόντι, quae locutio apud alios auctores rarius, apud alios saepius obversatur. In qua si qui χρόνῳ supplendum esse existimaverunt, certe falsi sunt neque quidquam obstat quominus τὸ παρὸν nominativum subiciamus. Sic κατὰ τὸ παρὸν, πρὸς τὸ παρὸν, ἐπὶ τοῦ παρόντος alia quoque significatu.

Sed ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ ipsum quoque in usu fuit et antiquioribus velut Soph. El. 1293, et recentioribus velut Plutarcho morr. 824 C¹. Omniō enim χρόνος substantivum cum πάρειμι verbo apte coniungitur nec minus καιρός, quare raro quidem sed recte dicitur ἐν τῷ παρόντι καιρῷ (Isocr. Areop. 78, Dem. 43, 39). At valde dubium est num Graeci ἐν τῷ παρόντι λόγῳ usurparint. Quam in quaestionem incidi dum Dionysii Hal. libellos pertracto, ubi est de Lysia p. 485 R: ὅτι δ' οὐκ ἔτραψε Λυσίας τὸν ὑπέρ Νικίου λόγον — πολλοῖς πάνυ τεκμηρίοις ἀποδεῖξαι δυνάμενος οὐκ ἔχω καιρὸν ἐν τῷ παρόντι λόγων. Hac enim ratione neque ante Dionysium quisquam locutus est, nisi forte ad auctores perditos nos provocabis, et Dionysius ipse, si ita loquendi fecisset initium, plura, opinor, exempla exhiberet, qui ἐν τῷ παρόντι non minus triginta locis habeat, κατὰ τὸ παρόν haud paucis, ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ passim. Iam vide quam inelegans et alienum a scriptore politissimo sit λόγος vocabulum intra trium periodorum spatium bis ternis locis repetitum, ut illuc factum videtur. Sed ne longus sim in re dilucida, cum χρόνος et λόγος alibi quoque saepenumero confusa esse reputaveris, ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ Dionysium, ut alios, scripsisse concedes. Nam si quis hac occasione de Dionis Chrysostomi VII 117 nos admonebit, sciat ea verba multorum consensu corrupta iudicari: οὐκοῦν τόδε μὲν οἵμαι παντὶ τῷ δῆλον καὶ πολλάκις λεγόμενον Ἰωσᾶς, ὅτι βαφεῖς καὶ μυρεψούς — τὸ μὲν ἄριστον μὴ παραδέχεσθαι καθόλου τὰς

Platonis Menex. 248 E: Ταῦτα οὖν, ὡς παῖδες καὶ τονῆς τῶν τελευτησάντων, ἐκεῖνοι τε ἐπέσκηπτον ἡμῖν (ὑμῖν αλι) ἀπαγγέλλειν — recte quidem, nam is, qui verba facit, tota oratione solos illos adloquitur neque mulieres in contione adsunt.

¹ Ibidem lacuna est 819A τούτῳ δή τῷ τρόπῳ καὶ πρεσβείας διακοπτέον ἀκαίρους συγκαταλέγοντα πολλοὺς τῶν ἀνεπιτηδειῶς ἔχοντων καὶ κατασκευάς ἀχρήστους κελεύοντα συνεισφέρειν καὶ δίκας ἀπρεπεῖς ἀξιούντα συμπαρεῖναι καὶ (ἀπόδημις ἀνδεῖς λιπαροῦντος) συναπόδημεῖν. Quae inserimus, sententiam illustrabunt. Ibid. 816B αὐτοὶ στασιάζουσιν I. ἀντιστασιάζουσιν, aut mihi dicas cur αὐτοὶ huic uni praedicato adiiciatur, reliquis non addatur, cum periodi structura quam maxime concinna sit. Nam profecto sensum peculiarem αὐτοὶ non habet neque ulla est in verbis oppositio qua postuletur.

πόλεις, τὸ δὲ ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι λόγῳ διορίσαι μηδένα ἀν τοιοῦτον τίγνεσθαι τῶν ἡμετέρων πενήτων κτλ. Hic ἡμῖν male habere de Arnim adnotat, īκανόν a Pflugkio, ἀρκοῦν a Kaysero, ἐμὸν vel ἐφ' ἡμῖν ab Emperio temptatum esse addit, quae satis violenta videntur. Quid si λόγῳ vitiosum esse nostra disputatio doceat, quoniam ἡμῖν per se non habet quod offendere possit. Conicias: τὸ δὲ ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι λῶν διορίσαι. Nota quidem est quae inter ἀταθός ἀμείνων et ἀταθός λύμων statuitur discepantia. Ac ne de comparativo dubites, adeas, si placebit, Lucianum Alex. 254: ἀμείνον δὲ αὐτὸν εἰπεῖν τὸν χρησμόν, Arriani peripl. c. XXII καὶ τούτους παρ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ αἴτειν Ἱερείον χρωμένους ἐπὶ τῶν Ἱερείων, εἰ λῶν σφισι καὶ ἀμείνον θύσαι. ‘Expediatne’ vertit interpres latinus¹.

κατηφῶ nec poetis usitatum est neque in prosa ante Aristotelem invenitur, deinde apud Philonem locis compluribus, tum Pseudoluc. Amores 415. Sed superest temporum iniuria Lesbocnactis sophistae protrepticus, in quo de homine ex pugna sese recipiente haec leguntur p. 172 St.: δίχα δὲ διαιρεθείς, τῷ ἀναχρεῖν ὑπηρετῶν καὶ τὸν ἐπιόντα ἄμα κίνδυνον φυλάττων κατὰ φύσιν, ταχέως καὶ τὸν ἀντιστάτην οὐ δυνήσεται ἀμύνεσθαι. Haec, quae corrupta esse iam Reiskius et Dobraelius monuerunt, sic velim restituas: καὶ τὸν ἐπιόντα ἄμα κίνδυνον φυλάττων, κατηφήσει ταχέως καὶ τὸν ἀντιστάτην οὐ δυνήσεται ἀμύνεσθαι, cum pronuntiatio corrupta vitium peperisse videatur². Praeterea notabis Hesychii glossam: καταφήσας ἀπορήσας ἀνιάσας.

Scilicet ut quaeque rarissima sunt, ita facillime pessumdnatur. Documento sit Plutarchus praec. ger. rei publ. 814C: οὐ μόνον δὲ δεῖ παρέχειν αὐτόν τε καὶ τὴν πατρίδα πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἀναίτιον ἀλλὰ καὶ φίλον ἔχειν ἀεὶ τινα τῶν ἄνω δυνατωτάτων. Cui loco Bernardakis adnotationem hanc subiecit: ‘Alterutrum scrib. aut τῶν ἄνω, quod praestat, aut τῶν δυνατωτάτων. In Palatino ἄγω supra est scriptum prima manu’. Unde fit ut paullo aliter atque editor sagacissimus³ de emendatione verborum iudicemus. Sic enim rem se habere existimamus: Plutarchum dedisse τινα τῶν ἀνωτάτων, hoc librariorum sive societatis sive ignorantia corruptum abiisse in τινα τῶν δυνατωτάτων, sed exstitisse correctorem qui ἄνω super syllabas corruptas aderet, qualis fere est rerum status in Palatino³, in reliquis libris

¹ Philostr. v. Apoll. I p. 24, 7 K.: οὔτε οὔτε ὑμῖν λῶν ἀπελθεῖν πρὸ τούτου, cf. p. 91, 3.

² Ibidem p. 170, 39 R. ἀλλ' ἀμύνατε, δοσον ἔκαστος δυνατός ἐστι, τῷ θεῷ I. τῷ θείῳ (scil. nom. τὸ θεῖον). p. 173, 1 ἢ ἀλλο τι παρασκευάσατε κάλλιον ἢ ἀμείνον I. κάλλιον σημεῖον cf. infra: οὐκοῦν, οὐπερ (sic leg., edunt ὅπερ) εἶπον δόλιψ πρόσθεν, οὐδεὶς ἀν κάλλιον παρασκευάσαι σημεῖον. p. 173, 15 οἱ μὲν ἄλλοι: “Ἐλληνες I. οἱ γάρ ἄλλοι “Ἐλληνες,

³ Cf. Platonis Hipp. maior. 248D καὶ ἀνευ τούτου μετὰ εὐνομίας ἀδύνατον οἰκεῖν, ubi Schanzius adnotat: ἀνομίας, sed eu supra versum: ἀνομίας Vindob. suppl. 7. Quamquam illo loco ne εὐνομίας quidem sanum videtur. Contra apud Plutarchum si τῶν ἄνω verum esset, nemo δυνατωτάτων glossam addidisset, sed τῶν δυνατῶν.

ἄνω in ipsum verborum contextum receptum est. Sic Lys. κατὰ Διογ. p. 515 R et τούτων τοῖς et τούτων traditur, τούτοις emendatur, sic Dionys. Hal. de Dem. 1031 ἀληθὲς ὡς editur ἀληθῶς, sic Dionis Chrys. VII 133 pro ἀνεράστων ἐρώτων in codicibus ἀνεράστου τῶν ἐρώντων scribitur. Verum in Plutarcho illud lucramur quod, qua ratione eiusmodi corruptelae nascantur, unius libri fides edocet.

Atque haec quidem hactenus. Neque tamen finem disputandi prius faciemus quam emendatum proposuerimus Plutarchi locum qui est morr. 777 B: εἱ μὲν ἡς ἡ Βάτων ἡ Πολυδεύκης ἡ τις ἄλλος ἴδιώτης τὰ μέσα τῶν πόλεων ἀποδιδράσκειν βουλόμενος, ἐν γωνίᾳ τινὶ καθ' ἡσυχίαν ἀναλύων συλλογισμοὺς καὶ περιέλκων, φιλοσοφῶν ἀσμενος ἄν σε προσεδεξάμην καὶ συνῆν. Edunt καὶ περιέλκων φιλοσόφων, ἀσμενος ἄν σε προσεδεξάμην κτλ. Libri titulus est περὶ τοῦ ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι.

Prumiae.

L. Radermacher.